UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VIII. De auctoritate & usu pallii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

conſtantiæ, aut ambitionis, aut avaritiæ. Deinde inter Epiſcopum & Eccleſiam initum eſt ſpirituale quoddam matrimonium (id quod & geſtamen annuli indigitat) quod nemo ſolvere poteſt niſi S. Pont. quemadmodum & ſolus matrimonium corporale diſſolvit. Quod verum eſt, licet Epiſcopus nec dum ſit conſecratus, ſed electus & confirmatus tantum, quia ſic matrimonium ſpirituale ratificatur. Secus, ſi tantum electus. *c.ult.h.t.c. 6. in f. de renunciat.*

(Pontificis autoritas apud nos non eſt ulla.)

3. *Quid ſi ſponte ſeu proprio ſenſu Eccleſiam ſuam deſerat?*

Tunc amittet utramque, & propriam, quam arroganter ſprevit ac deſeruit, & alienam, quam contra jus & per avaritiam ambivit. Nec abſimili ratione ſimile in Clericis inferioribus ſtatutum eſt, ut nec illi, ſive venia ſaltem ſui Prælati, alio migrare poſſint; & in Monachis, ne eis monaſterium, in quo profeſſi ſunt, liceat deſerere, & ad alia transmigrare. *d.c.3. in fine hoc t. can. Non oportet & can. Siquis VII. q. 1. Nov. 3. Nov. 5. & 13.*

De auctoritate & uſu pallii.

TIT. VIII.

Eorum, qui per poſtulationem aut ele-

C ctio-

ctionem præficiuntur Eccleſiis, ter Papam, ſoli Patriarchæ & Ar epiſcopi (& interdum ex privil vel conſuetudine etiam Epiſcopi) habent geſtandi inſigne ſuæ dig tis, quod vocatur Pallium.

c.15. in pr. in f. De præſumpt.

1. *Quid eſt Pallium?*

c.4. in fin. ſup. De elect.

Eſt ornamentum de corpore B. ſumptum, Pontificalis officii tudinem conferens. Ideo vero ſumi de corpore B. Petri, vel qui Altare D. Petro dedicatum bene & conſecratur, vel quia a Roma cleſia proficiſcitur.

2. *Conferrne ſolus Pontifex hoc Pa*

c. antiquæ De Privil.

Etiam Patriarchæ, puta Conſtan politanus, Alexandrinus, Antioch & Hieroſolymitanus illud conferu chiepiſcopis, qui eis ſubſunt; men citra Pont. Romani auctor a quo ſolo & ipſi Pallium hoc pe accipiunt.

3. *Quando & quo loco licet uti Pa*

c. 4. h. t. *c. ult. eod.*

Summus Pontifex ſemper & in Miſſarum ſolemniis eo uti poteſt plenisſima poteſtate, qua fungitur niverſam Eccleſiam: reliqui vero

tiſtites non niſi in certis diebus ſolemnibus, & in qualibet ſuæ provinciæ Eccleſia. Eoque nec dum impetrato exercere, quæ ſunt ordinis ſui, nequeunt, veluti Concilium cogere, Chriſma conficere, Ordines conferre. In hoc enim conſiſtit plenitudo poteſtatis officii Epiſcopalis, quam per conſecrationem acquirit Epiſcopus, per traditionem vero Pallii Archiepiſcopus. *c. Quod ſic ut 28. ſup. de elect.*

Licetne alteri communicare Pallium?

Non licet, quia conceditur perſonæ, quamvis ratione Eccleſiæ nec perſonam Archiepiſcopi egredi poteſt; ne quidem ſi ad alteram Eccleſiam transferatur, ſed aliud exſpectare debet, & cum hoc poſteriori ſepeliri. *c. 2. hoc tit.* *c. 4. in fine ſup. de poſtul. Prel. d. c. 2.*

(Archiepiſcopi & Epiſcopi Auguſtanae confesſionis vi pacis religioſæ & pacificationis Oſnabrugenſis, pallium a Pontifice Romano petere non tenentur. *d. art. 5. §. 5. & 6.*

De Renunciatione.

TIT. IX.

Expoſitis modis, quibus acquiruntur dignitates Eccleſiaſticæ; ſequitur de Renunciatione, qui eſt modus abdicandæ hujusmodi dignitatis, & com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN